

capitalem l. 6. C. de Feriis, &c. placuit 16. quest. 4. attamen illud apud nos amplius non conservatur, & Constitutio istæ Imperatoria planè in desuetudinem abiit. Julius Clarus l. 5. §. fin. quest. 50 num. 3. p. 675. Perez. ad Cod. de Feriis. num. 8. fol. 103. Unde etiam hodie diebus feriatis sæpe captivi ducuntur, & tempore quadragesimali torquentur & puniuntur. Hahn. ad Wesemb. Parat. de Feriis numer. 5. fol. 166. Illud tamen observatur, quòd diebus sacris nec Judicium capitale habeatur, nec sententia capitalis pronuncietur, adeoque strepitus Judicii tum cesset. Vide & Annæum Robert. l. 4. c. 15. rer. Judicat. pag. 839. & seqq. pulcherrimè hac de re disputantem; & Mantzium ad h. artic. numer. 10, 11, 12, 13. p. 315.

ARTIC. LXXIX.

Ut reo dies capitalis denuncietur.

Dem Beklagten den Recht-Tag zu verkündigen.

Sem / so man auff Bitt des Anklägers mit endlicher peinlicher
 Rechtfertigung straffen will / soll das zuvor drey Tage angesagt
 werden / damit er zu rechter Zeit seine Sünde bedencken / beklagen
 und beichten möge / und so er das H. Sacrament zu empfangen be-
 gehet / das soll man ihm ohne Weigerung zu reichen schuldig seyn. Man
 soll auch nach solcher Beicht pfleglich solche Personen zu dem Beklagten
 in die Gefängnuß verordnen / die ihn zu guten seeligen Dingen vermahn-
 nen / und ihm in dem Aufführen / und sonst / nicht viel zu trincken geben / da-
 durch seine Vernunft gemindert werde.

AD ARTIC. LXXIX.

ARGUMENTUM.

*Sententia capitalis triduo ante Executionem reo ad mortem damna-
 to, ut interea peccata sua confiteri, eucharistia, si velit, et exhiberi,
 & solatio divinò ipse confortari possit, ritè denuncianda; & quando ad
 locum supplicii deducitur, nimis potu, quò ipsius mens obruatur, one-
 randus non est.*

EXE.